

nale, quod persona secum ubicunque defert, nec restringitur in loco. »

(31. Prælati episcopis inferiores nequeunt uti suis insigniis extra ecclesias sibi subjectas : sacra congregat. Rit. coram Alexandro VII, 27 Sept. 1659, in decreto generali, § 8, Vide verb. *Abbas*, in fine.

(32. Abbrivatoribus de Parco majori conceditur usus redimiculi galeri vulgo *Cordone*, coloris violacei, etiam dimisso officio : Benedictus XIV tom. I, constit. 3. incip. *Maximo*.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(33. Episcopum nec majora nec minora insignia concedere posse canonicis, præter allegatos ab auctore, respondit Rota in Thesesina delationis Insignium 4 Jun. 1736, coram eminentiss. Crescentio.

(34. Dubitatum vero fuit an episcopus, accedente consensu capituli ecclesiæ cathedralis, insignia concedere queat canonicis ecclesiæ collegiatæ. (35. Ratio dubitandi inde oriebatur quod prohibitio fundata videbatur in præjudicio capituli ecclesiæ cathedralis, adeoque, consentiente capitulo ecclesiæ cathedralis, cessabat prohibitio.

(36. At contrarium fuit decisum a Rota in d. Thesesina delationis insignium 4 Jun. 1736, coram eminentissimo Crescentio, ex ratione illa quod (37. nequit episcopus concedere insignia, non ex præjudicio capituli ecclesiæ cathedralis, sed ex reservatione hujus concessionis facta a S. Sede.

(38. Non omnittendum vero quod insignia minora posse ab episcopo concedi sensit sacra congregatio in Sorana 14 April. 1725.

ADDITIONES CASINENSES.

Recte monet auctor ex S. Rituum congregat. oraculo, insignia cathedralis et collegiatæ

INSIGNIS, INSIGNITAS.

SUMMARIUM.

1. Ecclesia collegiatæ potest esse insignis dupliciter, scilicet, vel de jure, vel ex privilegio.— 2. Quæ sit collegiatæ insignis de jure.— 3. Quæ sit collegiatæ insignis ex privilegio.— 4. Non omnis collegiatæ est insignis, sed alia insignis, et alia non insignis.— 5. Quæ dicatur collegiatæ insignis.— 6. Quæ dicatur collegiatæ non insignis.— 7. Insignitas collegiatæ resultat etiam ex provisionibus apostolicis de prima dignitate cum onere assumendi gradum magisterii vel doctoratus in jure canonico intra annum.— 8. Item insignitas collegiatæ probatur ex relationibus episcoporum.— 9. Collegiatæ non insignis a sua erectione potest progressu temporis declarari insignis.— 10. Qui locus sit et debeat reputari insignis.— 11. Canonici collegiatæ insignis tenentur ad diurnam officiaturam in choro, quacunq; consuetudine non obstante.— 12. Canonici autem collegiatæ non insignis, quamvis regulariter teneantur ad assiduum chori servitium, tamen ex triplici limitatione ab eo absolvuntur : et assignantur tales limitationes.— 13. Et sufficit, si dictæ limitationes concurrant alterna-

(1. Ecclesia collegiatæ potest esse insignis dupliciter, scilicet, vel de jure, vel ex privilegio : *Communis*. (2. Collegiatæ insignis de jure dicitur illa quæ habet requisita descripta et enumerata communiter a doctoribus, nempe si sit matrix in loco, præcedatque aliis in publicis functionibus, sit antiqua et

tæ canonicorum diversa esse debere, saltem quoad colorem et quid hujusmodi ; quippe debet adesse distinctio inter canonicos cathedralis et Collegiatæ, tanquam inter majores et minores. Porro hoc procedit si cathedralis et collegiatæ sint in eodem loco ; at si inter se distent, et per quemdam tractum milliariam cathedralis a loco collegiatæ sit remota, eadem insignia concedi posse recte censet Pitonius discept. *Eccles.* 43, n. 6. Siquidem « tali casu cessat indecentia et incongruentia ob distantiam utriusque Cleri, ac etiam ex eo quod ubi simul conveniunt canonici utriusque ecclesiæ, illi collegiatæ non possunt eundem habitum deferre limitatum (pro propria ecclesia) ; ex qua limitatione in congressibus satis obviatur indecentiæ, et demonstratur majoritas cathedralis. » Ibi.

Porro etiam lite pendente, nec non post rem judicatam favore cathedralis contra collegiatam, ne possit deferre habitum cappæ ac rochetti, potest concedi indultum eidem collegiatæ, si habitus cathedralis sit dissimilis seu diversus. Neque obstat jus quæsitum colitiganti, etiam per rem judicatam. Agitur enim de regalibus summo Pontifici reservatis, in quorum concessionem ipse utitur sua potestate, absque eo quod dependeat a privata æmulatione colitigantium : cum in hæ materia « ipse solus habeat absolutam potestatem... et passim videmus lites agitari ex defectu privilegii aut beneplaciti apostolici, quod postea partes succumbentes in via justitiæ obtinent ex gratia. » Pitonius cit. alleg., n. 8.

Insignium nomine Arma, et monumenta familiarum, Universitatis, etc., quoque veniunt. Vide verb. *Arma*.

— 14. Exemptio tamen a diurna officiatura in choro ob tenuitatem redditum durat solum quousque redditus non augeantur.— 15. Collegiatæ insignis præcedit aliis non insignibus, etiamsi fuerint prius erectæ.— 16. Quamvis erectio collegiatæ insignis fuerit cum clausula *sine alicujus præjudicio*.— 17. Inter collegiatas insignes, collegiatæ antiquior, quæ habet insignitatem a jure præfertur habenti insignitatem ex privilegio posteriore.— 18. Et sic inter duas collegiatas insignes a jure semper præcedere debet antiquior.— 19. Et hoc procedit, etiamsi collegiatæ insignis posterior habeat insignia honorificentiora.— 20. Imo collegiatæ insignis antiquior præcedit insignem modernior, quamvis insignis modernior habeat usum pontificalium respectu sui abbatis, et facultatem gestandi rochetum et cappam magnam respectu suorum canonicorum.— 21. Collegiatæ insignes fere cathedralibus æquiparantur.— 22. Et quandoque præsertim in limine erectionis conceduntur collegiatæ insigni nobiliora insignia quam cathedrali. Alia ad rem ex addit. ex aliena manu a n. 23 ad n. 29.

conspicua quoad structuram materialem, et numerositatem dignitatum, et canonicorum, aliorumve ministrorum deservientium, sitque in loco seu oppido nobili, et numeroso, et peritorum copioso : cardin. de Luca, de Præemin. disc. 8, num. 14 ; cardin. Petra, tom. III, Comment. in Constit. 7 Innocent.

IV, n. 36 ; Barbosa in cap. *Transmissæ* 33, de verbor. signific., et lib. II, cap. 6, n. 15, jur. *Eccles. univers.*, n. 15, et de Canonicis, cap. 2, n. 18, et in Trident. sess. 24, de Reform., c. 12, n. 52 ; Massobrius in tract. de Synod. c. 4, dub. 14, n. 9 ; Lotter. De Re benefic., lib. I, q. 14, n. 8 ; Corrad. in Prax. benefic., lib. II, cap. 1, num. 18 ; Ceccoper. Lucubrat. Canonic., lib. I, num. 75 ; Aloysius Riccius in Collect. decis., part. VI, collect. 2350, vers. *Insignis* ; Mantica decis., 175, num. 2 ; Panimoll decis. 98, adnotat. 1, num. 24 ; Ursaya, tom. I, part. I, discept. 6, num. 39 et 175 ; Pitonius discept. 116, num. 35, et omnes alii scribentes in cap. *Statutum* 11, de Rescriptis in 6 ; et sic tenuit Rota decis. 29, num. 4 et 5, part. II, diversar. et part. VII, recentior. decis. 288, num. 8, et sac. congr. Rit. in Firmana 24 Mart. 1622 ; apud Barbosam de Canon., loc. cit., et Pitonium loc. cit. (3. Collegiatæ insignis ex privilegio dicitur illa cui a Summo Pontifice tale privilegium conceditur ut ita vocetur ; Pellegrin. in Praxi Vicar. part. I, sect. 5, n. 43 ; Ursaya loc. cit., n. 175.

(4. Non omnis autem collegiatæ est insignis. Alia enim est insignis, et alia non insignis : card. Mantica dec. 175, num. 2 ; Corrad. loc. cit., a num. 20 ad 22 ; Panimoll. loc. cit., num. 24 et 25 ; Pellegrin. loc. cit., num. 13, et alii passim scribentes in cit. cap. *Statutum* 11 de Rescriptis in 6. (5. Insignis dicitur illa quæ habet supradictas qualitates enumeratas sub n. 2, quas Corradus loc. cit., num. 19, ex Rota in Mediolanen. Præposituræ, decis. 29, num. 8, part. II, diversar., reducit ad septem. (6. Prima nempe qualitas collegiatæ insignis est ejus matricitas ; secunda, nobilitas et celebritas loci ; tertia, antiquitas ipsius ; quarta, præcedentia ipsius super alias ; quinta structura sui ædificii, tam intus quam extra ; sexta, numerositas ministrorum in ea inservientium ; septima, multitudo et frequentia Christianifidelium ad eam pro divinis officiis confluentium. Non insignis dicitur illa quæ habet exiguum numerum canonicorum, modicos redditus, et inferiorem qualitatem servitii, loci et personarum ; Mantica, cit. decis. 175, num. 2 ; Corrad. loc. cit., n. 22 ; Pellegrin. loc. cit., num. 13 ; Pignatell. loc. cit., num. 25, et alii passim scribentes cit. cap. *Statutum* 11, de Rescriptis in 6.

(7. Insignitas collegiatæ resultat etiam ex provisionibus apostolicis de prima dignitate, cum onere assumendi gradum magisterii vel doctoratus in jure canonico intra annum. Hoc enim est signum certum et univocum collegiatæ insignis, cum iste gradus non requiratur, nisi in prima dignitate cathedralis vel collegiatæ insignis, juxta dispositionem concilii Trid., sess. 24, c. 12, de Reform., et punctualissime, quod hoc demonstret insignitatem collegiatæ, firmanunt Lotter. de Re Benefic., lib. I, q. 15, n. 9 ; Piton. loc. cit., n. 40 ; Rota dec. 29, n. 9, q. 2, diversor.

(8. Item insignitas collegiatæ probatur ex relationibus episcoporum : Rota coram Gregorio, decis. 472, num. 3, et coram Merlin.,

decis. 87, c. 2, n. 14, et in recent., decis. 469, num. 13, part. XIX, et in Comen. Canonicatus 6, Februar. 1704, § *Visa fuit, coram eminentiss. Scoto*, et in Materanen. archiepiscopatibus 27 Jun. 1707, § *Collegiatas, cor. bon. mem. Kaun.* ; card. de Luca, de Præemin., disc. 52, n. 6 ; Fagnan. in cap. *Postulasti*, num. 14, de Jurepatron. ; Piton. loc. cit. n. 37.

(9. Collegiatæ non insignis a sua fundatione seu a tempore suæ erectionis potest progressu temporis declarari insignis, maxime si augeatur numerus dignitatum, canonicorum, ac reddituum, et locus in quo fundata est evadat insignis : colligitur ex declaratione sacr. Congr. Rit. in Firmana 24 Martii 1622, ubi collegiatæ ecclesia S. Pauli oppidi civitatis novæ, dictæ Firmanæ diocesis, ad instantiam Ludovici Centofloreni fuit declarata insignis eo quod oppidum in quo reperitur est insigne, et reddit numerum quatuor mille habitorum, hoc est sæcularium 820, quatuor regularium conventus, et unum sanctimonialium monasterium, cum magna copia peritorum et nobilium ibi existentium : Corrad. loc. cit., n. 23, cum Mantica et Barbosa ibi citatis, et alii. (10. Unde patet quis locus sit et debeat reputari insignis, ille nempe qui, ultra conspicua et magnifica ædificia, copiosam continet nobilitatem et illustrium personarum, ac utriusque juris doctorum, aliorumque incolarum multitudinem, sicque pro tali communiter habetur, ac reputatur ; Bald. in l. *Providendo*, num. 1, cod. de Postul. ; Archidiacon. in cap. *Statutum* 11, col. 6, circa med. verb. *Locis Insignibus*, de Rescriptis in 6 ; Card. in Clementia 4, n. 28, de foro competent. ; Lupus alleg. 122, num. 2, in fin. ; Innocent. in cap. *Præsentis*, num. 3, de Rescriptis in 6 ; Corrad. loc. cit. n. 8 et 10 ; Tiraquell. de Nobilitate, cap. 10, n. 8, cum Felino, Alexandro, Decio, et aliis ibi citatis.

(11. Canonici collegiatæ insignis tenentur ad diurnam officiaturam in choro, quacunq; consuetudine non obstante : conc. Trid. sess. 24, de Reform., cap. 12, et ex pluribus docet Fagnan. in cap. *Cum omnes*, n. 31, cum seq. de Constit. ; card. Petra loc. cit. num. 27, et alii communiter cum universali praxi.

(12. Canonici autem collegiatæ non insignis, quamvis regulariter teneantur ad assiduum chori servitium, tamen ex triplici limitatione ab eo absolvuntur, scilicet, aut si ecclesiæ sint rurales, aut si adsit contraria immemorabilis consuetudo, aut demum si sint adeo tenues redditus, ut ipsi canonici ali non valeant, ut in fortioribus terminis obligationis residentie resolvit : sacra congreg. Conc. in Fundana 15 Octobris 1618, et fuse Fagnan. in cit. cap. *Cum omnes*, num. 31, § *Sed postea* ; Garcias de Benefic., part. III, cap. 2, n. 197 ; Pignatell. tom. IX, consult. 114, num. 10, et consult. 134, num. 14, et tom. X, consult. 150, n. 84 ; Crispin., p. 2, Visitat. Pastor. § 19, n. 13.

(13. Quæ limitationes sufficere si concurrant alternative, tum ex dictione *Aut per sac.*

congr. adhibita, quæ efficit ut unica tantum pars verificari sufficiat: Altograd. consil. 70, n. 62; Rota decis. 1342, num. 3, coram Emeric. junior., tum ex speciali declaratione ejusdem sacræ congr., apud Fagnan. in cit. cap. *Cum omnes*, n. 31, vers. *Expresse*, et Pignatell. t. IX, consult. 134, n. 14, ubi declaratum fuit sufficere solum immemorabilem. Et in terminis collegiatæ non insignis sacræ congr. Visitationis Apostolicæ in quadam collegiata civitatis Lavinia 28 Aug. 1704, declaravit non sustineri decretum visitoris apostolici cogens canonicos ad diurnam officiaturam, sed quod servaretur solitum, quod erat de inserviendo tantum diebus festivis, licet alioquin canonici haberent pingues redditus. Et pariter sacræ congr. Conc. in Narnien. servitii 26 Apr. 1658, lib. xx, decr. pag. 612, declaravit non sustineri decretum episcopi demandantis diurnum servitium in collegiata Otricoli, cum obstaret consuetudo.

(14. Cæterum quotiescunque exemptio a quotidiana officiatura prætedatur per canonicos collegiatæ non insignis ob tenuitatem reddituum, eadem exemptio durabit durante reddituum tenuitate; nam si isti augeantur, par est ut in officiaturæ onus reincidant. Hinc cum canonici collegiatæ non insignis oppidi Vallatæ, Aliphanae diocesis, præterderent nullum esse decretum episcopi ipsos cogens ad quotidianam officiaturam, præterensionemque fundarent in consuetudine officianti tantum diebus festis, et in tenuitate reddituum; sacræ congr. Conc. die 12 Februarii 1707, ad dubium: « An canonici SS. Annunciatæ Vallatæ teneantur ad quotidianam officiaturam in choro, respondit: Pro nunc negative. » Quæ resolutio non fundatur in præterensa consuetudine, quia ejus probatio non fuit iudice facta: sed solummodo in tenuitate reddituum, qui cum augeri possint, ideo fuit dictum: *Pro nunc*, et ex superius adductis rationibus in altera *Aliphana collegiatæ*, dubio proposito: *An canonici collegiatæ ecclesie S. Crucis quotidie officiare teneantur?* die 17 Decembris 1717, rescripsit: *Negative*, et *servetur reductio facta ab episcopo anno 1671, auctoritate sacræ congr.* Hactenus emin. Petra, t. III Comment. in Constit. 7, Innoc. IV, sect. 2, a n. 28 ad 31.

(15. Collegiata insignis præcedit aliis non insignibus, etiamsi fuerint prius erectæ: sacræ Rit. cong. in Firmana 24 Maii 1612, et in Nolana 24 Junii 1699. (16. Etiamsi erectio collegiatæ insignis facta fuerit cum clausula *sine alicujus præjudicio*: ead. sacræ congreg. Rit. in d. Firmana, et jam prius in Nolana 21 Apr. 1602; apud Barbos. collect. Apostol. decis. verb. *Collegiata*, num. 5.)

(17. Inter collegiatas insignes, collegiata antiquior quæ habet insignitatem a jure præfertur habenti insignitatem ex privilegio posteriori: sacræ congr. Rit. in Castellana Præcedentiæ, 13 Febr. 1700, et in Novarien. 8 Maii ejusdem anni, ad dub. 11; apud Monacell. tom. I, tit. 1, formul. 4, num. 22, et Ursayam, tom. I, p. 1, discept. 6, n. 571.

(18. Et sic inter duas collegiatas insignes

de jure, semper præcedere debet antiquior, ut ex decreto sacræ congreg. resolvit Ursaya loc. cit. n. 177, citans Nicolium, Pellegrin., Tondut., et card. de Luca in Miscell. Eccles., disc. 45, n. 6.

(19. Et hoc procedit, etiamsi collegiata insignis posterior habeat insignia honorificentiora, ut declaravit sacræ congr. Rit. in Novarien. 8 Maii 1700, decernens præcedentiam debere collegiatis SS. Gervasii et Protasii, domus Ossulae, et S. Jacobi Victoris, Intri, quæ minus honorifica insignia habent in concursu collegiatæ S. Bartolomæi, Burgii Mainerii, habentis insignia honorificentiora. Et in civitatis Castellanae 13 Febr. 1700, respectu insignis collegiatæ terræ Gallesii, cui fuit adjudicata præcedentia in concursu insignis collegiatæ SS. Vincentii et Anastasii, terræ Arignani, habentis usum almutiarum, quem non habebat d. collegiata Gallesii. Et hoc patet in Urbe, exemplo collegiatæ S. Mariæ ad Martyres, seu Rotundæ, quæ, quamvis non habebat usum neque rochetti, neque cappæ magnæ, neque almutiarum, nihilominus in processionibus et aliis publicis functionibus, ratione suæ antiquitatis præcedit omnes alias octo collegiatis ejusdem Urbis, quarum major pars habet insignia honorifica et ornamenta nobilia, ut refert et observat Ursaya loc. cit. num. 164, 165, 181, 182 et 183.

(20. Imo collegiata insignis antiquior præcedit insignem posteriorem, quamvis insignis posterior seu modernior habeat usum pontificalium respectu sui abbatis, et facultatem gestandi rochetum et cappam magnam, respectu suorum canonicorum, ut in Januensi Præcedentiæ pro insigni collegiatæ S. Mariæ Vinearum cum insigni collegiatæ SS. Fabiani et Sebastiani habente usum pontificalium respectu sui abbatis, et cappam magnam respectu suorum canonicorum, utraque parte ad longum informante, resolvit S. R. C. 19 Julii 1710, ad relationem emin. Barberini, quæ circa infrascripta dubia:

I. « An constet de collegialitate cum qualitate insignitatis S. Mariæ Vinearum Genuæ? »

II. « An liceat canonicis ejusdem ecclesie capitulariter cum eorum præposito incedere in processionibus et aliis functionibus ecclesiasticis? Et quatenus affirmative? »

III. « An eis debeatur præcedentia adversus parochos urbanos, et canonicos ecclesie S. Mariæ, et SS. Fabiani, et Sebastiani de Carignano, ejusdem civitatis? Respondit affirmative in omnibus. »

Sic refert Ursaya tom. I, discept. 6, per tot. Vide ibi ipsum, ubi multa ad rem.

(21. Collegiatæ insignes fere cathedralibus æquiparantur; cap. *Quia saepe contingit* 11, de election. in 6; glossa in cap. *Statutum* 11, verb. *Cathedralium*, de Rescriptis in 6; conc. Trid., sess. 24, cap. de reformat.; Corrad. in prax. Benetic. lib. II, c. 10, n. 73; c. 13, n. 72, et c. 15, n. 4.

(22. Et quandoque præsertim in limine erectionis conceduntur collegiatæ insigni

nobiliora insignia, quam cathedrali. Vide verb. *Insignia*, n. 10.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(23. *Opinio Auctoris*, n. 13, quod canonici Ecclesie collegiatæ non insignis haud teneantur ad residentiam, vel si collegiata illa ecclesia sit ruralis, vel sit adsit immemorabilis consuetudo non residendi, vel si redditus habeat adeo tenues, ut minime sufficiant sustentationi canonicorum, haud potest recipi.

(24. Spectato enim pontificio decreto relato a S. M. Benedict. XIV, Instit. Eccles. 107, n. 1, relato a nobis in Addit. ad verb. *Canonicus* artic. 5, (25. a residentia nec excusatur nuda qualitas ecclesie ruralis, nec sola consuetudo immemorabilis non residendi, sed utrumque concurrat oportet; idque quia pontificium illud decretum non *disjunctivè*, sed *conjunctivè* loquitur, (26. « In collegiatis autem non insignibus (*sunt verba decreti*) posse excusari, dum tamen sint rurales prorsus destitutæ, et in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere. »

(27. Neque tenuitas reddituum excusat a residentia in quacunque ecclesia collegiata non insigni, sed tantummodo in rurali, propterea quod de ruralibus loquebatur mox dictum pontificium decretum, dum inquit: (28. « aut quæ adeo tenuis redditus essent, ut canonicos, aliunde non habentes unde vivere, alere non possent. » (29. Consuetudo vero immemorabilis non residendi nequam requiritur in collegiata non insigni rurali, quæ tenues hosce habeat redditus, nam disjunctivè loquitur præfatum decretum, ut patet ex verbis mox relatis.

ADDITIONES CASINENSES.

Videtur in Additionibus ex aliena manu, sub n. 23 et seq., immerito fuisse castigatum Lucium nostrum eo quod sub n. 13 et seq., senserit canonicos collegiatæ non insignis, quamvis regulariter ad assiduum chori servitium teneantur, ex triplici tamen limitatione ab hujusmodi servitio absolvi; nimirum, si tales ecclesie collegiatæ sint rurales (prorsus destitutæ); vel si adsit contraria immemorabilis consuetudo non residendi; vel denique, si adeo tenues sint redditus, ut canonici ali non valeant. Ut proinde hæc limitationes disjunctivè intelligi rite possint, adeoque unaquæque illarum separatim, ac per se, a residentia valeat excusare, contra id quod auctor additionis opinatur dum supponit duas priores supra allatas limitationes, non divisim, sed conjunctim pro assiduo servitio non præstando concurrere debere; nempe ut Collegiatæ ejusmodi non insignes sint rurales prorsus destitutæ, et amplius adsit consuetudo immemorabilis non residendi.

Et revera allata opinio auctoris innititur melioris notæ canonistarum auctoritati: imo est hæc firmissima doctrina ex ipso sacræ congregationis Concilii oraculo. Præstat audire in primis Fagnanum, in hæc verba:

« Quo vero ad collegiatas, cum episcopus Comen. habens in sua diocesi plures collegiatas ecclesias, non tamen insignes, consulisset sacram congregationem Concilii, an si in eis a tempore immemorabili nunquam consueverit residere, posset compellere Canonicos ad residendum, juxta cap. 12, *Præterea*, sess. 24, *Concilii Trident. de Reformat.* sacræ congregatio censuit; cap. 12, vers. *Præterea*, supradictum intelligi de omnibus collegiatis, etiam non insignibus: nisi tamen istæ non insignes collegiatæ essent rurales prorsus destitutæ, aut in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere, aut quæ adeo tenuis redditus essent, ut canonicos, non habentes unde vivant, alere non possint.

« Sed postea, prosequitur Fagnanus, cum subdubitatum esset an decisio S. congregationis, ut immemorabilis excuset a residentia, procederet in collegiata non insigni rurali tantum, AN VERO ETIAM IN URBANA, ita ut illa verba, *aut in quibus*, non repeterent dictionem *rurales*. Cum autem quidam dicerent Gregorium XIII, in una Patavin. de immemorabili in non insignibus aliter sensisse, relatum est ad eum decretum congregationis: Sanctitas Sua probavit, quod visum est congregationi, ut scilicet, quando Ecclesie non sunt insignes, SOLA IMMÉMORABILIS CONSUETUDO NON RESIDENDI EXCUSAT CANONICOS A RESIDENTIA; sed in cathedralibus et collegiatis insignibus, immemorabilis nullo modo excusat. » Ad cap. *Cum omnes* ex. de Constit. n. 31.

Amplius Barbosa in Summa apostolicarum decisionum Collect. 90, n. 6, sic habet: « Canonici collegiatarum, etiam in oppidis non insignibus existentium, tenentur ad residentiam, nisi essent collegiatæ rurales prorsus destitutæ, aut in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere, etc.: sacræ congregat. Concil. . . »

Consentit Pignatellus tom. IX, consult. 114, n. 10, his verbis: « Censuit sacræ congregatio Concilii 24 Julii 1574, canonicos collegiatarum ecclesiarum, etiam non insignium, teneri ad residentiam; nisi tamen istæ non insignes collegiatæ essent rurales prorsus destitutæ; aut in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere; aut adeo tenues redditus essent, ut canonicos, aliunde non habentes unde vivant, alere non possent. Quod fuse explicat Fagnanus ad cap. *Cum omnes*, n. 31. » — Et consult. 134, n. 14, « Collegiatæ non insignes, ait, non requirunt residentiam, quando in eis supra hominum memoriam solitum non sit residere. »

Sic quoque in tom. X, consult. 150, n. 84: « Notandum, inquit, quod id (servitium chori assiduum) habet locum etiam in collegiatis non insignibus, nisi tamen collegiatæ istæ non insignes essent rurales prorsus destitutæ; aut in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere; aut adeo tenues redditus essent, ut Canonicos aliunde non habentes unde vivant, alere

non possent, ut per S. congr. concil. 24 Julii 1574. »

Idem docet Garcias hoc sane pacto: « S. D. N. Gregor. XIII, ex sententia congregat. declaravit immemorabilem consuetudinem non excusare a residentia in cathedralibus et collegiatis insignibus: in collegiatis autem non insignibus posse excusare, si Ecclesie sunt rurales prorsus destitutæ, aut in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere, aut in quibus adeo tenues redditus essent, ut canonicos, aliunde non habentes unde viverent, alere non possent. » Part. III, cap. 2 n. 197.

Sic etiam refertur apud Zamboni tom. II, collect. declarat. S. C. Concil., § 8, num. 4, pag. 141, per sacram congregationem fuisse decisum, collegiatis etiam non insignibus obligationem esse residendi « nisi tamen istæ non insignes collegiatae essent rurales prorsus destitutæ, aut in quibus nunquam antea ultra hominum memoriam solitum esset residere, aut quæ adeo tenuis redditus, etc. »

Ex quibus omnibus luculenter evincitur quod tantum abest ut Auctor erroris vel inconsiderantiæ argui possit, quinimo eundem solidam ac veram, ipsa congregatione Concilii docente, in re de qua agimus, sententiam fuisse assecutum dicamus oportet.

Auctor additionis, ut supra, suam opinionem firmaturus, affert textum instit. ecclesiasticarum Benedicti XIV, quem hic transcribere placet: « Locum esse censuimus, sic in cit. Instit. (quoad chori servitium), pontificio decreto, quod etiam consilio sacre congregationis editum fuit (in caus. Burg. 1573 t. I, decret., p. 35 a tergo); illudque Fagnanus commemorat; Sanctissimus Dominus ex sententia S. C. concilii declaravit immemorabilem consuetudinem non excusare a residentia in cathedralibus et collegiatis insignibus. In collegiatis autem non insignibus posse excusari, dum tamen sint rurales prorsus destitutæ, et in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere, aut quæ adeo tenuis

INSORDESCENS, INSORDESCENTIA.

SUMMARIUM.

1. Insordescens quis dicatur? — 2. Insordescencia quamvis præcipue dicatur ratione excommunicationis, attamen convenit etiam aliis censuris. — 3. Ad effectum docendi de insordescencia alicujus censurati, opus est probare in primis excommunicatum seu censuratum habuisse notitiam excommunicationis seu censurae. — 4. Secundo opus est probare quod sine rationabili causa distulerit post annum petere absolutionem, unde si distulit ex rationabili causa, non censetur insordescens. — 5. Sic eadem ratione non potest dici insordescens, si intra annum petiit, et non obtinuit absolutionem. — 6. Similiter non potest dici insordescens, si per sex menses perseveravit in censura, et deinde obtenta absolutione cum reincidentia post absolutionem reincidit, et permansit in ipsa per alios sex menses. — 7. Nec ad probandam insordescenciam sufficit probare solam perseverantiam per annum in censura, sed est etiam necesse probare animum induratum in contemptum clavium. — 8. Excommunicatus tamen

redditus essent, ut canonicos, aliunde non habentes unde vivant, alere non possent. »

Ubi, ut vides, clausula supra hominum memoriam non disjuncte, et absolute ponitur, sed conjunctim cum ecclesiis ruralibus: adeo ut, secundum litteram textus, ad excludendum a residentia, duo impleri oporteat, nempe ut collegiatae non insignes sint rurales; et ut amplius supra hominum memoriam solitum non sit residere.

At cum Benedictus XIV, modo relatum Gregorii XIII decretum a Fagnano quoque commemorari dicat, absque eo quod hunc, vel saltem typographum aliqua notet censura, ac si ejusmodi decretum quodammodo immutaverit, aut pro et usurpando: nec in alios eximios canonicos, quorum auctoritates supra attulimus, cæteroquin Lambertino notissimos (quique omnes idem decretum, ut apud Fagnanum jacet, producent, eademque cum illo sententiam tenent), minimum quid observet, concludi posse videtur mendum typographicum in Lambertinianas editiones irrepsisse, et pro aut adhibendo. Ex iis porro quæ dicta sunt quisque videt quam minus recte auctor additionum, ut supra, n. 27, et seq. glossam suam, quoad tenuitatem fructuum, ac si clausula et circumstantia hæc ad collegiatas rurales tantum referatur, adjecerit. Cæterum, cum nobis ab Urbe absentibus decretum hocce, prout exaratum est, recognoscendi oportunitas desit; et quod magis est, ob summam qua tantum Pontificem prosequimur venerationem, satius putavimus S. congregationem Concilii consulendam, ab eaque enixis precibus postulavimus ut suum oraculum hac in re edere benigne velit. Cumque fidenter speremus futurum ut præstantissimus cardinalis præfectus aliique eminentissimi purpurati eadem componentes, consueta charitate ac benevolentia vota supplicationesque nostras suscipere velint, responsum quod ardentissime præstolamur, ad calcem hujus tomi IV, in appendice novissimorum S. R. E. congregationum, Concilii, Rituum, etc., decretorum, suo loco, pro materiarum ordine inseremus.

post annum a declaratione citari potest uti suspectus absque ulla monitione. — 9. Insordescens in censura lata in causa hæresis habetur veluti hæreticus ipso jure, et absque alia sententia. — 10. Attamen priusquam publice declaretur hæreticus, citari debet uti se purget. — 11. Insordescens in censura lata ob aliam causam ab hæresi, habetur tanquam leviter suspectus de fide, ac specialiter de potestate clavium in ecclesia; potestque citari ab episcopo ut respondeat quid sentiat de his. Si purgare se noluerit, et permanserit altero anno, fit vehementer suspectus; citatus, nec purgans se, potest ex violenta suspitione declarari hæreticus. — 12. Insordescens in excommunicatione lata in causa criminali habetur pro convicto de eo crimine. Secus vero in causa civili. — 13. Insordescens in censura excommunicationis, vel suspensionis, aut interdicti, per annum, vel ultra an sit privatus ipso jure beneficis. — 14. Contra excommunicatos non curantes absolutionem, et non obstante excommunicatione celebrantes procedit ordinarius, et quandoque

S. Officium committit informationes. — 15. Præcipitur vicario generali ut excommunicatos renuentes restituere ablatum ab ecclesiis aggravet, et reaggravet, et finito anno declaret insordescentes. — 16. Insordescenti in excommunicatione per annum,

(1. Insordescens dicitur ille qui animo pertinaci et obdurato, seu in contemptum clavium, quia scilicet noluit obedire, seu se subijcere clavibus, perseverat in censura per annum: C. Cum bonæ memoriæ 8, de ætate et qualitate; C. Cum contumacia 7, de hæreticis in 6, et concil. Trid. sess. 25 de Reformat., c. 3, ibi: « Obdurato animo censuris annexus in illis insorduerit. » (2. Insordescencia, quamvis præcipue dicatur ratione excommunicationis, attamen convenit etiam aliis censuris: argum. cit. text. Concilii Tridentini, ubi dicitur: Censuris annexus, et cit. cap. Cum bonæ memoriæ, ubi est sermo de insordescente per annum in censura suspensionis.

(3. Ad effectum docendi de insordescencia alicujus censurati, opus est probare in primis excommunicatum seu censuratum habuisse notitiam excommunicationis seu censurae: Riciull. de jure personar. extra gremium Eccles. existent., l. iv, c. 8, n. 4; Barbosa in Concil. Trid. sess. 25, de Reformat. cap. 3, num. 34, et communis aliorum. Requiritur enim ad insordescenciam animus obduratus, et contemptus clavium, qui non supponitur in ignorantia censura: arg. cit., c. Cum bonæ memoriæ, cit. c. Cum contumacia, et concil. Trid. loc. cit. (4. Secundo, opus est probare quod sine rationabili causa distulerit post annum petere absolutionem; unde, si distulit ex rationabili causa, v. g., quia absens, quia impeditus, et hujusmodi, non censetur insordescens, ex defectu animi indurati et contemptus clavium propter citata jura. (5. Sic eadem ratione non potest dici insordescens, si intra annum petiit, et non obtinuit absolutionem: Riciull. loc. cit., n. 5 et 9; Barbosa loc. c., n. 33, et communis aliorum. (6. Similiter non potest dici insordescens, si per sex menses perseveravit in censura, et deinceps obtenta absolutione cum reincidentia, post absolutionem reincidit, et permansit in ipsa per alios sex menses. Tempora enim in hac materia non conjunguntur, cum ad contrahendam insordescenciam requiratur perseverantia continua unius integri et ininterrupti anni in censura arg. citatis Juribus; Barbosa loc. c., n. 37; Navarr. consil. 7, n. 3, de Hæreticis; Monacell. tom. III, tit. 3, formul. 3, n. 12; Seraphin decisis. 1285, n. 5, et alii communiter, cum Rota in Oscan. Archidiaconatus 15 Maii 1603, coram card. Lancellotto impressa per Farinac., tom. II, consil. decisis. 196, num. 5; et refert Riciull. loc. cit., cap. 8, num. 3.

(7. Nec ad probandam insordescenciam sufficit probare solam perseverantiam per annum in censura, sed est etiam necesse probare animum induratum in contemptum clavium: cit. cap. Cum bonæ memoriæ, cit. cap. Cum contumacia, et concil. Trid. loc. cit.; Rota in d. Oscan. coram card. Lancel-

etiamsi in articulo mortis fuerit absolutus, potest ecclesiastica sepultura denegari, et sepeliri in loco profano. — 17. De insordescencia remissive. Subnectuntur additiones ex aliena manu a n. 18 ad n. 25.

lotto; Pignatell. tom. VII, consult. 18, num. 9, et communis aliorum. (8. Excommunicatus tamen post annum a declaratione citari potest uti suspectus absque alia monitione: ex sacra congregatione Concil. 22 Maii 1586, apud Pignatell. loc. c., n. 9.

(9. Insordescens in censura lata in causa hæresis habetur veluti hæreticus ipso jure et absque alia sententia: Authent. Gazaros, Cod. de hæreticis, cap. Excommunicamus ex de hæreticis, ubi glossa verb. Condemnetur; Hostiens., n. 7 et 8; Abbas n. 11, ibi; Soccin. n. 24; Butrius n. 17; Joann. Andr. n. 4; Ancharan n. 4; Anan. n. 6, et communis aliorum cum Pignatell. tom. VII, consult. 18, n. 5, et tom. VIII, consult. 134, n. 1 et sequent. (10. Attamen priusquam publice declaretur hæreticus, citari debet ut se purget: Pignatell. tom. VII, consult. 18, n. 8, et tom. VIII, consult. 134, n. 2; Pegna, part. III, com. 46, vers. Adveniente; Chartar. de execut. sentent. cap. 45, num. 278; Sanctarell. de Hæresi, cap. 4, dub. 5, conclus. 1; Farinac. de Hæresi, quæst. 191, num. 17: La Croix lib. VII, n. 188, et alii passim.

(11. Insordescens in censura lata ob aliam causam ab hæresi habetur tanquam leviter suspectus de fide, ac specialiter de potestate clavium in Ecclesia, potestque citari ab episcopo ut respondeat quid sentiat de his. Si purgare se noluerit, et permanserit altero anno, fit vehementer suspectus; et citatus, nec purgans se, potest ex violenta suspitione declarari hæreticus. Pignatell., tom. VII, consult. 18, a num. 2 ad 4, cum multis aliis ibi allegatis, Gonzalez. in Regul. 8, Cancellar. gloss. 15, num. 108; Pegna part. I director. quæst. 47, num. 7 et 8; La Croix loc. cit., num. 289, arg. cap. Excommunicamus ex cap. Cum contumacia 7, de hæreticis in 6, et concil. Trid. sess. 25, de Reformat. cap. 3, in fine, ubi sic habet: « Excommunicatus quicumque, si post legitimas monitiones non resipuerit... Sed si obdurato animo censuris annexus in illis per annum insorduerit, etiam contra eum, tanquam de hæresi suspectum, procedi possit. »

(12. Insordescens in excommunicatione lata in causa criminali habetur pro convicto de eo crimine: Farinac. lib. I, quæst. 18, num. 39; Gonzalez in regul. 8, cancellar. glos. 15, num. 106 et 108, cum aliis ibi allegatis; Pignatell. tom. VII, d. consult. 18, num. 18; La Croix loc. cit., num. 290, et alii. Secus vero in causa civili secundum veriore, ut Gonzal. loc. c. Pignatell. loc. c.; La Croix loc. c., quamvis alii contrarium teneant, ut Salzed. ad Diaz, cap. 110, num. 4, vel cap. 118, num. 4, in nova editione.

(13. Insordescens in censura excommunicationis, vel suspensionis, vel interdicti per annum, vel ultra, secundum aliquos